



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio**

**Coloniae Vbiorvm, 1645**

CAP. XLIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10133**

proficeret, ad minas, ad vim confugere, ac, se nunquam me deserturam, dicere: & quoddam quasi vinculum futuram, quo perpetuo constrictus in libertatem nunquam c-  
grederer.

## C A P. X L I X.

E Go autem, cum mihi molesta esset, indu-  
bam me cilicio, & convertebam oratio-  
nem meam ad te Domine, & toto cordis im-  
petu clamabam, ut non traderes bestiis ani-  
mam, confitentem tibi, neque animam pau-  
peris tui obliviscereris in finem. Et, quo il-  
li vehemenius obstarem, opponebam amo-  
rem in te meum, cui nullam unquam il-  
laturus essem injuriam. Hoc audito, tanto illa  
magis instare, ut se uxori ducerem: non  
enim amorem tuum conjugalis thori carita-  
tem excludere, sed cum ea posse societatem  
inire: se quoque una mecum in eisdem ædibus  
cælibem vitam æturam: nihil enim cupere,  
nisi cum homine sibi carissimo individuam vi-  
tae societatem exigere. Atque ita mecum acu-  
te, ita prudenter, de legibus connubialibus,  
de voto castitatis, quod conjugium admitte-  
ret, quod eo obstrictus solvi posset, disputa-  
bat, ut jam mihi, non cum indocta & impe-  
rita quadam muliercula, sed cum præstanti  
eruditoque Theologo videretur esse conten-  
tio.

## C A P.